



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XXV. De peculio Clericorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

in Principem, ejusque arbitrio omnibus subiectis: ut ea possit Princeps, quae potuit populus, quem hoc potuisse certum est. Facit, quod tum temporis Imperatores non fuerint adstricti iuramento non alienare bona Imperii. Vacca ad l. Legatus D. De off. Praef. Deinde populum Romanum cum Nobilibus consensisse recte affirmatur, c. Fundamenta 17. De elect. in 6. ubi hoc ipsum adserit Pont. Verum ei tanquam in propria causa parum fidei habent adversarii. Unde addo, ad donationis istius validitatem, sacrum populi consensum sufficere; uti & approbationem quorundam subsequantium Imperatorum, quorum aliqui dictam donationem expresse etiam approbaverunt, can. Ego Ludovicus Dist. 63. Patet & ex variis historiis. Ut nihil sit laborandum super *can. Constantinus Dist. 96.* quem adulterinum & excogitatum plerique volunt, atque ita historiae fidem detrahunt: nec recte, cum ejus veritas aliunde patet. Ut non nisi perverse sint mentis hanc rem in dubium vocare, & facere sint jubendi Laur. Valla, Car. Molinaeus, & alii, qui calumniandi potius studio, quam veritatis indaganda, in sacrosanctam Ecclesiam debachati, donationem istam vel negarunt factam, vel improbarunt, quos percutere caput contra morem Murellum dicit Everardus, in *Loco à Verisimili n. 15.* in fine Vid. Praepos. in d. *can. Constantinus*, Abbas in c. *Inselesto 33. n. 6. sup. De iurejur.* Augustinus Steuchus *singulari Tract. hoc aere adversus Vallam.* Covarr. 4. Var. c. 16. n. 8. Molina *De iust. & iure Tract. 2. Disp. 25. §. Hinc dubitant.* Card. Baron. *Annal. Eccles. tomo 3. ad an. 324. nn. 117. & tomo 12. an. 1191. num. 53.*

TITULUS XXV.

De peculio Clericorum.

SUMMARIUM.

1. Peculium proprium quid, & quod Clericorum.
2. Clerici bonorum patrimonialium & quasi patrimonialium sunt veri domini.
3. An & fructuum beneficii Ecclesiastici?
4. An profane eos expendentes teneantur ad restitutionem?
5. Clericus an recte disponat de iis, quae parcius vivendo sibi subtraxit?

6. An & de fructibus ratione personae Ecclesiasticae percipiis?

7. Patrimonium sufficiens habens licet non fructibus beneficii.

8. Adquisita ex fructibus beneficiorum de relinquenda Ecclesiae.

9. Adquisita ex rebus Ecclesiae eodem modo.

10. Bona Religiosi professi non cedant.

V Tapertius cognoscatur, quatenus alienatio Clericis sit permittenda.

lio Clericorum hic subjicitur: quod pro-

corum, qui sunt juris alieni, ut servorum

horumfam. consistens in pusilla pecunia

separatam à patris vel domini ratione ha-

bent, deducto quod ipsi debent, l. 1. §. 1.

Depeculio. Vocatur tamen hic Peculium

ricorum, etiam si sint sui juris, respectu

rum, quae praedicti causa se ponunt, l. 5. §. 1.

79. §. 1. De leg. 3. aut separatam ab aliis

habent; cujusmodi sunt fructus benefi-

corum, quorum causa separatam à bonis

patrimonialibus: * quia patrimonialium

Clericis est verum dominium & liberum

arbitrium, quoad usum & abusum, non

atque laicis, can. Episcopi xii. q. 1. Quod

pendendum de quasi patrimonialibus, quia

nis sunt ea, quae Clerici quidem in tales

laborunt, sed intuitu sui laboris, veluti com-

modo, facta faciendo, confessiones audiendo

pendo, cum dentur quasi metes operis pro-

ti, sine ullo alio gravamine. Covarr. in

officiis n. 4. inf. De testam. Navar. *Dist.*

lib. Eccles. q. 1. monito 19. & 39.

Dubia autem inter DD. est quae sit

fructuum beneficii Ecclesiastici dominium

an verò usum tantum habeant Clerici? &

sum dumtaxat iis concessum videtur, *secundum*

Navar. d. *Tract. De Restitut. Ecclesiasticorum*

tantum dispensatores, non etiam Domini

fructuum. In quam rem adferuntur varia

ca: & Primò *Dist. 44.* in cuius principio

tur ex S. Hieronymo: *Tibi, O Sacerdos, deum*

vivere, non luxuriari permittitur. Secundo

Dist. xvi. q. 1. ubi quidquid habent Clerici

dicunt esse pauperum, & ultra sustentationem

competentem quid accipientes, quod

periculum est, sacrilegium committere, &

abusum talium iudicium sibi mandare

& bibere. Contraria tamen sententia, *lib. 1.*

Clericos hodie, post distributionem reddituum in quatuor portiones, de qua *can. Quatuor* c. 9. g. esse fructuum, ratione beneficii perceptorum, dominos, verior & hodie receptor est. Nam distributio ista reddituum Ecclesie, quam maiores videbantur requirere, quoad portionem Clericis assignata, pro eorum qualitate, & meritis inter eos dispensanda, nihil sane aliud fuit, quam redditus, alias communes, facere proprios eorum, quibus in particulari computabatur in stipendium; eum divisionis titulus, emptioni, venditioni aut permutationi similis, *l. i. C. Com. nri* q. 1. q. 1. dominium transferat, & proprium faciat, quod antea erat commune & indivisum, *l. de re 25 s. 1. D. De verb. signif.* Quod facit, quod ministri seculares dominium stipendiorum suorum sibi compareant, uti & milites: ut eadem ratione idem sit statuendum in Clericis, qui militare Deo, & suum peculium quasi castrense respectu fructuum habere dicuntur: precipue cum progressu temporis assignata Clericis in certa beneficia sit distributa, quae, abrogata dispensatione reddituum, per economum singulis conferuntur, ut jure proprio redditus eorum sibi percipiant ut suos, uti *D. Th. 2. 2. q. 85. art. 7.* Probatur ea sententia *c. un. De Clericis non resid. in 6.* ubi qui non interfunt divinis, dicuntur quotidianas distributiones suas non facere: unde praesupponitur necessario, si interfunt, suas facere. Alias quantum foret poena eorum, qui non interfunt, quomodo intendit ibi Pontifex? Nec est, quod quis arguat, ibi tantum agi de distributionibus; nam idem dicendum de fructibus aliis, quos grossos vocant, cum eadem omnino sit natura & conditio, & ex fructibus pars in distributionibus conversa, ut patet ex *Trid. Sess. 22. c. 3. De reform.* ubi distributiones amittunt, qui competens levitium non implent, nec eorum quoquo modo dominium acquirunt ut dicendi sint alias acquirere, secundum jam dicta. Facit pro ista sententia, quod, ut dicitur *Tit. seq. de iis hodie reitentur Clerici.* Hujus sententiae est Covarr. *ad d. c. Cum in officii inf. De testam.* eam ne sequitur Sotus *De Inst. l. i. jure lib. 10. q. 4. art. 3. & 4.* ac defendit multis Franc. Sarmientus *De Reditib. Eccl. p. 4. c. 1. c. 6.* ubi Clericos facit dominos rerum beneficii, eos comparando maritis quoad dominium dotis, sicut matrimonium. Adde *Agor. Instit.*

Moral. p. 2. l. 7. c. 8. Molinam Delus. c. 1. Inve Tr. 2. Disp. 143. Less. l. 2. c. 4. Dubit. 6. n. 4. c. 1. s. 1. q. 1.

Adjura superius allata dicendum, illa obtinuisse eo tempore, quo Clerici in communi vivebant, & dispensatores erant reddituum Ecclesie, tantum ex iis sumentes, quantum cuique necessarium, reliquum in pauperes distribuentes, quibus sua portio necdum erat discreta: ut ea in re def. & uosi vocati sint fures, sacrilegi, raptores. Vel dici potest, non male secundum dicta jura, redditus Ecclesie vocari bona Dei & pauperum, non ea intentione, quasi proprie hodie talia sint: sed quod peculiari ratione a Clericis superflua eorum sint eroganda in pauperes, aliaque opera pia ut videantur quidem Clerici quoad fructus beneficiorum equiparandi fructuario in acquirendo, non tamen ita in disponendo habere libertatem. Quo facit, quod *Trid. Sess. 25. cap. 1. De reform.* interdixit non tantum Episcopis, sed & omnibus beneficiis Ecclesiasticis obtinentibus, ne ex redditibus Ecclesie secundum carnis adfectum propinquos augere studeant, sed in pauperes superflua distribuunt.

Unde alia exoritur quaestio, An Clerici male & in profanos usus expedientes fructus, teneantur ad restitutionem? R. Aliquibus videri, & legaliter eos peccare, & ad restitutionem teneri: quam sententiam timentur, qui Clericos usufructarios tantum ponunt, non etiam fructuarios. Ducuntur Primò auctoritate Canonum; qui Clericos tantum faciunt dispensatores, quos male dispensantes certum est teneri obnoxios restitutioni. Secundò. Quod empta ex fructibus sint reservanda Ecclesie, ita ut non liceat Clericis de iis disponere per ultimum elogium, ut dicitur infra *Tit. seq. III.* Quod *Trid. d. c. 1. interdictum* Episcopis augere ex redditibus Ecclesie propinquiores, sed velit eos in pauperes erogari. IV. Quod ea fuerit intentio fidelium bona sua Ecclesie offerentium. Et hanc sententiam plures adserunt, quod citat Covarr. *ad d. c. Cum in officii inf. 10* & multis probat Nav. *Tra. 7. De Reatib. Eccl. q. 2.* Verior sententia est peccare quidem legaliter Clericos, prodigaliter fructuum notabilem quantitatem dissipando in profanos ac vanos usus, non teneri tamen ad restitutionem: quae est opinio *D. Th. 2. 2. q. 85. art. 7.* quam amplectitur

Covarr. d. loco n. 11. & malis adstruit Sarmient, d. 17. De Rebus Eccles. p. 2. c. 2. Posterior pars probatur, ex eo, quod uti jam dictum, respectu beneficium sint potius fructuarii, quam usufructuarii; ut fructuum dominium adquirent, & liceat iis res suas disponere pro lubitu, citra laesam iustitiae legem. Quae tum laedi dicitur, quando de alieno in suam non permittitur disponitur, non etiam quando de suo, licet in usus malos, quia ea res non facit obnoxium restitutioni, cum nemo possit dici laesus, cui restitutio facienda. Quod facit, quod laici bonis suis abutentes non teneantur ad restitutionem; sua enim sunt nulli propriè debita: quod ipsum cum & obtineat in Clericis, idem etiam ponendum iuris. Strictius tamen hos tenet, propter perfectionis statum, certum est. Prior pars probatur, tum quod sit contra Canones & mandata Ecclesiae, ut patet ex Trid. d. c. 1. tum quod sit contra charitatem, miseris multis & fame pressis non subvenire, praecipue ex bonis in eum suam destinatis, ut eas possidentes elemosynas & opera pia exerceant, ut patet ex loco Trid. jam allegato.

Non obstat primum argumentum; quia loquitur de tempore, quo necdum erant bona divisa: vel accipiendum de dispensationibus non ex lege iustitiae, sed charitatis, ut peccato involvantur malè dispensantes, non etiam restitutioni obstringantur. Ad secundum dicendum, hoc onus ab Ecclesia impositum esse Clericis, ne rerum augendarum cupiditate & ambitione, patrimonialibus amplificandis in eumberent: ut nihil ea res dominium & dispensationem liberam deminuat. Ad tertium, praecipuum istud tantum respicere legem charitatis, non etiam iustitiae, cum contra illud factum non irritet, nec restitutionis ullam mentionem faciat. Ad quartum, illam quidem fuisse intentionem fidelium non tamen per eos modum & onus impositum fuisse, sed solum ea spe & intentione obtulisse sua Ecclesiae; qua in mente retenta nihil operatur, cum alias expressa induxisset legem iustitiae. Plura de hac quaestione vide apud Azor. d. c. 8. q. 2. Molina. d. Tract. 2. Disp. 144. Lessi. d. loco n. 44. c. 1. § 99.

Q. III. An Clericus super iis, quae paucius vivendo, necessariae & decenti sustentationi subtrahendo contrahit, liberè disponat? R. Hoc

adferre Navarr. De Rebus Eccles. q. 1. n. 10. de quem sequitur Azor. d. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 1. bene id ipsum Covarr. ad d. c. Cum in officio ubi alios citat; ex ratione, quod a Canonibus antiquis ista pars sit constituta Clerico, non si propria, & ei sit libertas ea utendi tamquam libera ab omni obligatione, quasi sua sit, & labore parta esset. Contra eos tamen, quod ejusmodi superflua debita sustentationi subtracta non sint aliter conditio, quae a, quae decenti & honeste sustentationi pertinet. Ut libera ab obligatione distinetur in pios usus dici nequeant, cum Ecclesiae conceptum sit generale, non distinguens modum perflua. Accedit, quod sordidus animus subtrahens non debeat esse melioris conditionis, quam liberalis, pro dignitate se suscipiens. Ita Abbas in repet. c. Cum esset in sacris. De testam. qui superflua ejusmodi non mittit ab obligatione dispensandi in pauperes, sequitur quae Franc. Sarmient, De Rebus Eccles. 2. c. 8. n. 1. c. p. 3. q. 5. Quae opinio magis patet secundum eos, qui volunt Clerici usum esse usufructus; quorum conditio est, ut quod utuntur, id domino cedat, ex natura usus.

Q. IV. An pensionis Ecclesiasticae hypothesi libera sint ab ista obligatione elargiri in pios usus? R. Esse, qui pensiones sunt beneficiorum secularium, quasi quidam temporale & profanum, datum loco alimentorum Gigas De Pension. q. 52. alios citat, & Covarr. ad d. c. Cum in officio n. 19. inf. De Rebus Eccles. Ut non sint obnoxia dictae obligationi, ista libertas pensionario ea pro lubitu disponendi ad instar patrimonialium, Probabilis, ista in pensionibus juris esse, quod in beneficiis quod scilicet ex iis superfluum non mittat dispensandum in pios usus, quam superfluum ex beneficiis, cum nomine beneficii dantur pensiones, & ex ejus fructibus veniant percipiendae, ut non possint non sapere naturam beneficiorum. Non faciat, quod deatur loco alimentorum; nam ea causa non liberat ab obligatione elargiendi quod superest in pauperes, secundum jam dicta Navar. De Rebus Eccles. n. 7. Sarmient. d. c. 5. n. 7. Azor. d. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 1. c. lib. 8. c. 12. q. 4. Bona aliunde quam ex redditibus Ecclesiae quaesita, intuitu scilicet pauperum, sunt ab ista obligatione, quae major est in Clerico